

praepositionem **ՄԸ** <sup>Sine,</sup> quæ dum compositionem ingreditur ab ea inseparabilis est; unde hoc nomen hunc sensum reddit Spiritum Sanctum videlicet esse *intemporalem*, sine tempore tempori non subiectum, omniaque attributa essentialia aequaliter habentem.

**ոչ ճԼԵայ այլ բոխտայ ի Նօթ:**

Sunt duo Participia præteriti temporis, quorum primum prorenit à verbo **ՆՆԱԷԻ** gignere et gigni, alterum vero radicem suam trahit à verbo **բոխտել** Procedere emanare, prodire etc. Sunt ambo tam activæ, quàm passivæ significationis, unde pro exigentia compositionis diversum sensum constituunt; **ոչ** est adverbium negativum. **Ո՛ր**, **այլ** vero conjunctio disjunctiva Sed;